



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

268 Spiritualia purè vel essentialiter.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

ullo poterimus vti meliore quam D. Thoma Aquinate, viro tū naturaliter acutissimo, tum diuinitus illustrato, qui suis in Commentarijs in lib. 4. Sententiarum dist. 25. quæst. 2. art. 1. spiritualia tripliciter distinguit seu tres facit spiritualium gradus. Nam quædam sunt, inquit, purè spiritualia, vt gratiæ & virtutes: alia annexa & coniuncta rei corporali quæ ex hac vnione sacra efficitur, sicut Ordines in exterioribus ritibus corporalibus qui sunt sacri, & Character collatus per corporale ablutionem: alia sunt spiritualia annexa corporalibus, manentibus corporalibus sacris, vt consecratio calicis & ius patronatus in aliquo fundo. Prima, nec de iure nec de facto possunt vèdi; quia non est in potestate hominis ea dare: Secunda possunt vendi de facto, sed non de iure; & hoc est, quia facta corporalia (in quibus datur spiritualia) venduntur; de iure tamè neutrum vendi potest: vltima verò, quantum ad id quod est corporale ibi (etiam cum manet sacratum) possunt vendi, & transit spirituale cum corporali; sed quantum ad id quod est spirituale, vendi non possunt, vnde si ratione spiritualis plus (id est pluris) emeretur vel venderetur, vel principaliter spirituale intèderetur emi vel vendi, simonia cōmitteretur. Hæc ille; quem latius explicat, & quidem luculenter explicat, Nauarrus in manuali suo Confessariorum cap. 23. num. 99. & seqq. vbi de Simonia disputat. quin & ipse D. Thomas plenius explicat semetipsum in Summa sua Theologica 2. 2. quæst. 100.

267
D. Thomæ
Aquinate
præstantia.

268
1. Spiritua-
lia purè vel
essentialiter.

269
2. Spiritua-
lia instrumen-
taliter.

270
3. Spiritua-
lia constitui-
uè vel anne-
xiuè.

1.

2.

3.

1.

2.

3.

1.

2.

3.

1.

2.

3.

1.

2.

3.

1.

2.

3.

k art. 1.